Ex Responso à Sac: Regia Maiestate Poloniæ Oratori Illustrissimorum Ducum Pomeraniæ Generoso Henningo de Walde Lublini die VIII Augusti Anno M.D.LXIX. dato.

116

Ac primum quidem quod centum millia talerorum Illustritates ipsorum mutuò se daturos Regiæ illius Maiestati summo cum studio pollicitæ sunt, perspicit hac in re Sac: Regia Maiestas eximiam Illustritatum suarum erga se benevolentiam. Et quoniam nihil iam amplius, quod ad pleniorem eius mutui cautionem pertineat, à Sac: Regia Maiestate requiritur, omnia etenim, quæ incautione perfecta adhiberi solent, ab ipsius quoque Maiestate adhibita sunt, de quo Domino Oratori satis quoque constat Ideoque nihil aliud etiam hoc in negotio restat, quàm ut Illustritates eorum eam summam argenti iis Commisariis Sac: Regiæ Maiestatis, quibus ab illa id negotii commissum est, tradere velint ex plenissimæ fidei et Sigillo Regni obsignato exemplari præcedentes paragraphos excerptos integerrima fide esse iisdem verbis ego Laurentius Blombergius Imperiali, et Cesarea potestate Publicus Notarius relectione, et comparatione instituta deprehendi, ideoque hac manus meæ subscriptione testor.

Laurentius Blombergius subscripsit.

o gorzej czytać, jeśli nie, drucz.

N 110.